



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1787

VD18 90119649

§. 7. Seditiosi motus Toggenburgensium Calvinistarum contra legitimum suum Principem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67882)

orta & per plures annos continuata diffidia ex æquo componerentur. Ad hæc Colonienſis Magiſtratus ſeſe haud difficilem reddidit, moxque habita inter ſe conſultatione in has reconciliationis leges pronus abiit, I. Ut Hieronymus Spinola Papæ Nuntius adventum ſuum Magiſtratoi debito ritu nuntiaret, II. hoc factò Magiſtratus eundem tanquam Legatum Apoſtolicum veneraretur, & ut tali conſuetos honores deferret, eumque ſolitis privilegiis ea lege augetur, ut III. Nuntius intra ſemeltre Pontificium Breve *Notificatorium & requiſitorium* ad inclytum Magiſtratum transmitti procuraret, ac reiſa eidem exhiberet. His pactis utrinque integra fide adimpletis priſtina concordia inter Magiſtratum & ſubſequentes Papæ Nuntios uſque ad hanc diem immote conſervata eſt.

Sæc. XVIII.

A. C. 1740.

§. VII.

*Seditioſi motus Toggenburgenſium
Calviniſtarum contra legitimum
ſuum Dominum.*

Postquam Joſephus Princeps & Abbas S. Galli fatiſ functus erat, & in ejus locum P. Cæleſtinus Gugger de Staudach antea Imperialiſ hujus Eccleſiæ Superior electuſ fuerat, hic paulo poſt Cantones ſibi obnoxioſ invitabat, ut die de-

Sæc. XVIII. A. C. 1740. cima quarta Maii Rosbachium suos ab-
 legarent Deputatos, qui clientelare ob-
 sequium ac fidelitatis iuramentum Ne-
 electo exsolverent. Præstituta die ad-
 venerant omnes, atque inter eos etiam
 Toggenburgenses Calvinistæ, more ta-
 men prorsus insolito, & ejusmodi ap-
 paratu, qui adeo non subditi ad obse-
 quium fidemque præstandam docilis, sed
 potius aut jugum excutere, aut Domi-
 no suo imperare parati speciem præste-
 ferebat; quippe una omnes velut de
 parta præda ovantes expansis vexillis
 & sonantibus tubis ac tympanis, & quod
 insolentius erat, sclopiis plumbea glande
 oneratis muniti Urbem ingressi sunt.
 dum vero ad forum pervenerant, ut
 præstandi iuramenti formula prælege-
 batur, eorum potissimi raucis vocibus
 exclamabant, neminem ex suis fidei sa-
 cramentum Abbati dicendum, nisi prius
 ipsemet per suam vitam & honorem ju-
 raverit, se patriæ jura ac libertatem
 omnino intactas servaturum, ac pro vi-
 ribus contra quoscunque protecturum.
 Horum igitur petulantia factum, ut
 Princeps Abbas obsequium fidemque
 ab armatis ac seditiosis subditis in con-
 sortio fidelium honestorumque civium
 accipere recusaret, eosque repelleret.
 Attamen Tigurini ac Bernenses Calvi-
 nistæ, cum a suis sociis acerbiores præ-
 stant

nas exigi vererentur, extremos omnino conatus adhibebant, ut Toggenburgicos ad fidei sacramentum legitimo suo Principi & Abbati exfolvendum adigerent, quod tamen nonnisi post longas tergiversationes a pervicaci eorum ingenio obtinere poterant.

Sæc. XVIII.
A. C. 1740.

§. VIII.

Salisburgensium motuum origo.

Hoc item anno Salisburgi nova inter Eruditos exorta est contentio, quæ tamen plus offensionis, quam periculi habuit: rem ab alto repetam. Adveniant Salisburgum Nobiles aliquot Juvenes, Joannes Christianus, Vigilus Firmianus, & Josephus Comes de Thun, ambo ipsius Leopoldi Firmiani Archiepiscopi & Principis Salisburgensis Nepotes, qui Roma ceterisque Italiæ urbibus perlustratis cum amplo cultiorum literarum scœnore, variisque, ac inter alios Muratorii libris locupletati Salisburgum reversi sunt, ne vero in umbra aut otio delitescere viderentur, industriam, tempusque in perscrutandis utriusque Historiæ abditis infumpserunt. Eo fine frequentes habebant Conventus, in quibus de antiquitatibus, arte critica, & Historia Ecclesiastica, aliisque argumentis pro re nata eruditos instituebant